

Franckesche Stiftungen zu Halle

Adami Rechenbergi[i] Svmmarivm Historiae Ecclesiasticae

Rechenberg, Adam

Vitembergae, MDCCLXVII

VD18 12484725

Sectio V Quae Incipit A Concilio Tridentino Finito Et Ad Publicatam Formulam
Concordiae Continuatur

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213274)


cap. 9. *Laelius Socinus*, Senensis, qui an. MDLXII obierat, *Fausum Socinum* sanguine sibi proxime iunctum reliquit. Hic patrum sui *Explicationem in cap. I Joh.* et alia eius MSCta nactus, uirus *Photinianismi* inde hausit. Quod deinde late per *Poloniam*, *Transylvaniam* et *Germaniam* etiam sparsum fuit. Vid. *LYBENIUS Hist. Reformat. Polon. Lib. II, cap. 1, seqq.* et *Lib. III, HORNBECK Socin. refut. Tom. A, pag. 50*, *CALOVIO Socin. Profligat. SCHERZERI Colleg. Anti-Socin. disp. I, et KORTHOLD Hist. Eccles. Sec. XV, cap. 29, § 67, seqq.* Refert in hunc annum *THUAN. in Lib. XXXVI, Sebastianum Castellionem* siue *Castellionem*, qui novam *Biblicorum versionem latinam* adornavit, quam ille improbat, quod puritati sermonis studere nimium uoluisset. Vid. *ROSS. Part. II Instit. Orat. pag. 6*, *REYER Tom. II Opp. pag. 917*, et *HUET, de Interpr. Lib. II, c. XIX*.

PERIODI V

SECTIO V

QVAE INCIPIT A CONCILIO TRIDENTINO FINITO ET AD PUBLICATIONEM FORMULAE CONCORDIAE CONTINUATUR

Anno MDLXIV in coenobio *Maulbrunnen* sitio-
nis *Wurtembergicae* Colloquium inter *Wurtem-
bergicos* et *Heidelbergenses* Theologos, ob *Zwinglii* do-
ctrinam, de *Persona Christi* et *S. Coena*, habitum, apud
ANDREYM Cent. XVI, pag. 791. Quo anno *Io. Cal-
vinus*




uimus XIII Cal. Iunii *Genetivae*, in qua XXIII annos docuerat, obiit, et *Biblia Tigurina* publicata sunt. THVAN. Lib. XXXVI. *Ferdinandus* Imperator, antequam hoc ipso anno vita excederet, *Maximilian* filii optimi iuxta ac prudentissimi consilio, de controuersis Aug. Confessionis articulis amice conciliandis, serio cogitare coeperat. Qua in re, *Georgii Cassandri*, qui Duisburgi tunc erat, opera uti uoluit. Cuius *Consultationes* de hoc negotio, *H. Grotius* cum notis euulgauit. Vid. THVAN. Lib. XXXV. Anno MDLXV. *Iohannes Mattheus* in Valle Ioachimica pius celebrisque pastor, die 8 Octobr. cum Euangelium de resuscitato filio uiduae in Nain enarrasset, apoplexia tactus, anni aetatis suae LXI obiit. Elogium eius THVAN. Lib. XXXIII, exhibet.


§. 2. *Pio IV.*, Pontifice, an. MDLXVI mortuo, *Pius V.*, patre opulione natus, eligitur Papa. Qui sub initium Pontificatus suspirans, dixit: *Quamdiu fui Religiosus, bene speravi de mea salute; factus Cardinalis coepi timere; iam creatus Pontifex pene de ea despero.* Causam sane metuendi sibi habuit, cum improbi Concilii Tridentini non tantum defensor esset acerrimus, sed *Maximiliano II.*, Imperatori, quod Euangelicos foueret, Imperii abrogationem minaretur, Anglosque aduersus *Elisabetham* Reginam, anathemate suo condemnatam, per Nicolaum Marianum concitaret, ac *Philippi II.* Regis Hispaniae tyrannidem in Belgio exercentis laudaret. Hic decreta Concilii Tridentini Ordinibus obtrudere sategit, faciendo in Iconoclastas, qui Antwerpiae imagines ac statuas e templis eiecerant. Tria enim per Belgium hominum genera erant Pontificis Rom. imperia abnuentium, *Lutherani*, *Caluiniani*, et *Anabaptistae*, de quibus *H. Grotius*, *Annal.* Lib. I, c. 21.

§. 3.

§. 3. In Saxonia, hoc anno, *Joachimus Fridericus, Job. Georgii*, El. Brandenb. filius administrator archiepiscopatus Magdeburgici, disciplinae et religionis mutationem ad exitum perduxit. Vnde Aug. Confessionis doctrina publice postea in templis libere tradita, apud THYAN. *Lib. XXXIIX*. Quo tempore *Iohannes Valentinus Gentilis Consentinus*, Bernae supplicio capitali affectus est: qui ante octennium ob sparsas de S. DEI Trinitate inter Italos pravas opiniones comprehensus, *Genève* ex Senatus sententia, ad ignominiosam poenam damnatus, errorem suum publice agnitum detectatus est, ac per compita urbis traductus, cum inde contra datam fidem aufugisset, postea sectarium uirus denuo inter fratres spargere conuictus, dilatam priori sceleri poenam non effugit, teste THYANO l. c.

§. 4. *Maximilianus II*, Imperator, pietate et animi moderatione insignis, Nobilibus *Austriae* an. MDLXIX liberum Evangelicae religionis, cui ipse fauebat, exercitium concessit. *Iulius*, Dux Brunsvicensis, in suis ditionibus, mortuo *Henrico*, Aug. Confessionem recepit. Dux Sax. *Io. Wilhelmus*, *Augusto* Electore consentiente, hoc anno *Altenburgi*, inter *Misnenses* et *Thuringicos* Theologos, *Colloquium* de B. operum necessitate ad salutem, de libero arbitrio et adiaphoris instituit. Quod, ut alia, sine fructu post quatuor menses abruptum est. Vid. CHYTR. *Lib. XXII*, THYAN. *Lib. XLVI*, et *Acta istius Colloquii* publicata. Hoc tempore inter Reformatos in Anglia nomen *Puritanorum* innotuit, qui cum Episcopis subesse nollent, etiam *Presbyteriani* appellati sunt. Hi ritus ex Romana Ecclesia superstites omnes, ut in Ecclesia Geneuensi, expurgatos uolebant. Vid. CAMDENI *Annal. Part. I*, ad annum 1558, seqq. et BURNETI *Hist. Reform. Angl. Part. II, Lib. III*.





§. 5. In Saxonia, uel Misnia, lites Sacramentariae et Synergisticae protrahebantur; etsi an. MDLXIX Paulus Eberus Wittebergensis Theologus, et Victorinus Strigelius praecipuus Synergista, qui Iob. Cassiani, Presbyteri Massiliensis, errorem de *conuerſione* hominis in conuerſione sua resuscitauerant, uita excessissent. Nec Colloquium, quod anno inſequenti Serueſtae Anhaltinorum his de cauſis habebatur, easdem conſopire ualuit. Vid. THVAN. *Lib. XLVII. Adamus Neuserus*, Paſtor Heidelbergensis, ex Calviniano factus Arianus, Conſtantinopoli ad Muhammedanos tranſiit, uitamque deſperabundus finiit. Vid. OSIAND. *l. c. p. 818.* Ob controuerſiam Flacianam, an peccatum Originis ſubſtantia? D. Iac. Andreae cum Matthia Flacio, Argentorati, hoc anno etiam fruſtra diſputauit. In Palatinatu Anabaptiſtae Fanaticos errores ſpargentes, Cal. V Iunii MDLXXI, eoſdem in Colloquio cum Euangelicis Franchenthalii habito, pertinaciter defenderunt. THVAN. *Lib. L. Controuerſia Maioriſtica*, de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem aeternam conſequendam, quam D. Georgius Maior aſſeruerat, (cui Nic. Amſdorſius contradicens, in contrarium errorem prolapſus, illa pernicioſa ad ſalutem eſſe, dixit,) nondum conſopita fuit.

§. 6. In Saxonia et Miſnia Wittebergenses Theologi Calvinianiſmum incruſtantes, Confeſſionem de S. Coena, ſub titulo *Conſenſus Dreſdenſis*, et nouum Catechiſmum in lucem emiſerunt, quem Theologi Ienenses, Wigandus, Heſbuius, et Kirchnerus impugnarunt. Vid. OSIAND. *l. c. p. 823.* Beza quoque his libris ſeſe immiſcentem D. Selneccerus et Chemnitius confutarunt. Inſequenti anno D. Caſp. Cruciger, filius, Henricus Molerus, Frid. Wildebram, et Chriſtophorus Pezelius Libram, quem *Exegeſin* uocabant, Lipſiae impreſſum publica-

blicarunt, quo *Caluini* placita non obscure defendebantur. Haec de causa, *Augustus*, Elector, praecipuos suae ditionis Theologos *Torgam* conuocauit, ut articulis de S. Coena propositis orthodoxis subscriberent. Quos cum approbari multi recusarent, eos ditione sua excedere iussit, *Georgio Craconio* et *Casp. Peucero*, ob pertinaciam, carceri mancipatis. Vid. OSIAND. l. c. p. 841.

§. 7. *Pii V.* Pontificis Rom. successor *Gregorius XIII.* Iesuitarum sectam maxime fouens, anno MDLXXII nouum *Calendarium* componi iussit. In *Belgio* Dux *Albanus* in Euangelicos crudelissime saeuir, hac de causa insequenti anno in Hispaniam reuocatus. In *Gallia* cum *Hugonoti* ui et armis opprimi non possent, dolo et blanditiis inauditae crudelitatis admittis inuaduntur. Nam die *Bartholomaei* IX Cal. Sept. MDLXXII in nuptias *Henrici Nauarri*, cum Regis *Caroli IX* sorore, inuitati *Hugonotorum* nobilissimi, execrando facinore, omnes uno die trucidari iubentur. Initium caedis uel Ianienae a *Colonio Amirale*, praecipuo Protestantium duce, factum; dein per septem dies in urbe et oppidis circumiectis promiscue inaudita crudelitate in miseros *Hugonotos* saeuitum est. Vid. THUAN. Lib. II, CHYTR. Lib. XXIII, et GRAMOND. Hist. Gall. Lib. VI, p. 308, seq.

§. 8. Cum *Norimbergenses* an. MDLXXV *Altors* nouam *Academiā* constituissent, sequenti anno, *Henricus Iulius*, Dux *Brunsvicensis*, *Helmstadii* quoque *Academiā* instituit. In *Palatinatu* hoc tempore *Friedericus III.* Elector, uiuis excesserat, cui filius *Ludovicus* succedens, missa *Caluini* doctrina, Aug. Confessionem amplexus est, et postea *Formula Concordiae* subscripsit.

